

Bischof Heinrich II. von Merseburg eignet dem Kloster die Thomasmühle, welche Markgraf Friedrich von Meißen und Landsberg ihm als Oberlehnsherren aufgelassen hat, die neuerbaute Nonnenmühle und zwei bei dieser gelegene Waldstrecken.

Merseburg, 1290 Jan. 8.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 84. Die SS. des Bischofs und des Capitels an Fäden von grüner und gelber Seide.

Anm.: Vergl. No. 24.

In nomine domini. Amen. Henricus dei gratia episcopus, Theodericus prepositus, Meinherus decanus totumque Merseburgensis ecclesie capitulum omnibus Christi fidelibus | imperpetuum. Longitudo temporum, multitudo tractatum plerumque humanam 10 infirmant memoriam ad scripture testimonium recursuram. Recognoscimus | igitur et universis tam presentis quam futuri temporis successoribus volumus esse notum, quod nos jus et proprietatem molendini siti apud | sanctum Thomam civitatis Lipzensis, quod inquam molendinum nobilis vir dominus Albertus burchgravius de Liznic et Thilo de Hunsberch miles ab illustri principe domino Friderico Misnensi, Orientali et de Landes- 15 berch marchione in feodo habuerant et idem dominus Fridericus marchio Misnensis a nobis et ecclesia nostra jure tenuerat feodali ¶et in nostras^a) manus libere ac voluntarie resignavit, de totius ecclesie nostre capituli consensu unanimi et voluntate una cum molendino apud monasterium sanctimonialium beate virginis ordinis Cystericiensis extra muros civitatis Lipzensis de novo constructo, insuper et duas silvas eidem adjacentes 20 conventui sanctimonialium prefati monasterii beate virginis ordinis Cystericiensis extra muros civitatis Lipzensis in proprium damus et tradimus perpetuo possidendum. Et ut nostra donatio liberaliter facta inconvulsa et stabilis perseveret, hanc presentem litteram nostrorum sigillorum munimine jussimus roborari. Hujus rei testes sunt Theodericus 25 prepositus, Meinherus decanus, Hartmannus de Dasle, Bartholomeus custos, Johannes de Bichov, Conradus Hebestrit, Richardus de Ileburg, Henricus scolasticus, Vlricus de Oztrow canonici Mersburgensis ecclesie et alii quam plures tam layci quam clerici fide digni. Datum Merseburg anno domini m̄ cē nonagesimo^b), vi ydus januarii.

(S.)

(S.)

[Leipzig], 1292 Jan. 8.

Ulrich genannt Baier (Bawarus) und Adelheid seine Ehefrau wenden durch eine Schenkung auf Todesfall dem Thomaskloster ihr Erbe unter den Kramern und die Hälfte ihres beweglichen Nachlasses zu, wogegen die andere Hälfte zu gleichen Theilen an die Dominikaner zu S. Paul, die Franciskaner und die Nonnen zu S. Georg ge- 35 langen soll.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 9, S. 27.

31. a) Diese drei Worte auf Rasur. b) nonagesimo.